

Baiano, 828 maggio¹

Petrus diacono del fu Barbulus sculdascio di Arezzo, messo del vescovo Lampertus, nella controversia che vede opposti per due vigne in Baiano il monastero di San Salvatore al monte Amiata, nelle persone di Andrea avvocato e di Audualdus abate, e la chiesa di San Donato in Citiliano, nelle persone di Alipertus prete e di Altipertus avvocato, sentenziano in favore del monastero, ordinando che i rappresentanti della parte sconfitta investano *per fuste* quelli del monastero dei due appezzamenti, componendo una *wadia* di seicento soldi.

Originale.

Archivio di Stato di Siena, Diplomatico, San Salvatore [A].

Edizioni: *ChLA*², n. 12

+ Notitja breve iudicati, adubi venerunt Andreas advocato Domini Salvatoris sito monte Ammiat² et domnus Audualdus vir venerabilis abbas ad Sancta Elina sito Baiano, territorio Senense, nec non ex alia parte veniens Alipertu presbiter rector ecclesie Sancti Donati sito Citiliano³, una cum Altipertu advocato suo ipsius sancte ecclesie. Aderant ibidem Petrus diaconus⁴, filio quondam Barbulane sculdasi de Aritjo, misso domno Lampertu⁵ episcopo, qui propter ratjo subter scripta definiendum predictus episcopus vice suas eum ibide rexerat; et erat ibidem Gumprandus, Rachinaldus⁶, Iusto, Magno presbiteri Aretini, seo Ildipertu, Barbentjo, Ildiprandus, Liudicari clericus, Firmo, Pertari, Ladoni de Clusio, Gaudipertu clericus et notarius, Petrus clericus, Onestasio et Cristiano, Tachipertu de Citiliano⁷, Ildiprandus centinario et de aliis pluris, quod ibidem erat. Dicebat suprascripto Andreas advocato de suprascripto monasterio: Tu Alipertu presbiter et Altipertu advocato eius, quesivi vos iam antea hante domnu Lampertu episcopus, seo Leo et Aggimundus advocati Sancti Donati et de ipso episcopo, set et ante plures homines in Aritjo nubiliores ipsius civitatis, quod per fortjas et malo hordine introissetis et invadissetis duo petjii de terra et vinea super se abente in casale Baiani⁸, unus super via, et alio sub ipsa casa sub ipsa stalla subto ipso horatorio vel casas, quem Vualcari presbiter et quondam Domnicio clericus Sancti Salvatoris per cartula vindederunt^a; et monstravi vobis suprascriptas vineas et terra prope ipsa stallas; et dedistis mihi wadia per iudicium et iussionem suprascripto episcopo, ut odie mihi exinde ratjone mittatis ante misso ipsius domno Lamperto episcopo, ecce Petrus diaconus misso eius; volo, ut secundum wadia et iudicio eius mihi exinde ratjonem mittatis, pro qua rem eam invadiste, et ipsa monetate domni imperatori ad eodem monasterio concessa irritum fecistis. Ad hec respondebat predictus Aliperto presbiter, una cum Altiperto advocato ipsius ecclesie et suo: Non faciat Deus, quod nos contra legem introissemus in vineas vel terra, quem vos dicitis, quia ecce cartula pre manibus abemus^b, quod quondam Ursulu et Mauritjo ipsa vinea vindiderunt ad parte Sancti Donati, igitur quidem et libello illo ecce pre manibus^c, quod Vualcari presbiter ipsi petji de vineas et terra per isto libello confirmavit ad pensionem perexsolvendum annue Sancti Donati, quondam Domniccio defunctus extra omnes ehredes nos ipsa vineas recolleximus ad parte Sancti Donati. Ad hec respondedit predictus Andreas: Cartula et libello isto, quem ostenditis, mihi nec ad parte monasterii nullam impedit quia temporibus domnus et bone memorie Carulus et Sabbatini abbati et temporibus domnus Hludovvicus imperatori et Audualdi abbati ad parte monasterii eas detenuerunt, et de cartula et libello nulla pertenuit. Respondiderunt Aliperto presbiter, una cum Altiperto advocato suo: Nos per testimonias hic presentaliter consignare potemus, quod vineas et

terra ipsa de ista cartula et libello perteneunt. Tunc ego suprascripto Petrus diaconus et misso domno Lamperto episcopo, una cum suprascripto Ildiprando centinario et suprascripti auditoris iudicavimus et wadia dare fecimus suprascripto presbiter Alipert et Altipert advocato eius, quod sic consignare per testimonia, quod de ipsa cartula vel libello predictas vineas pertenuisset. Dederunt wadia de consignando. Tunc wadia ipsa recollecta per fidiuxsore et intervallos facto, sic venerunt predictus presbiter cum suprascripto advocato suo. Et interrogatus ad nobis Petrus et aliis auditoris: Dicite, si abetis testes vel qualibe alia ratjo, per quod vineas et terra ipsas contendatis aut defendatis, quo modo wadia dediste? Sic ibi refutaverunt et dixserunt: Certe nos exinde testes nos abemus, quomodo de isto libello aut cartula adprovare possamus, nec alias cartula nec nulla ratjone non abemus, per quos eas amplius contendere possamus. Set iterum manifestaverunt suprascripti Alipertu presbiter et Altipertu advocato suo: Et non possumus denegare et reatus nos cognovimus, quia iniuste contra legem ibide introibimus, quia ipsi suprascripti petjii de vinea et terra Sancti Salvatoris cum legem essere debunt. Et dum ante me Petrus diaconus et misso domno Lampertu episcopo suprascripto presbitero cum suprascripto advocato suo taliter refutasserunt et professi fuissent, ibi presentaliter adiuravit Petrus diaconus, Ildiprando centinario et Vuarnifridus seo Cristofalus⁹ presbiter et [...] seo cuntis pleveris de suprascripta plebe in amore domni imperatori et ille sacramente, quem eius iurate abuisserunt, ud nobis de suprascriptas vineas certes dicere veritate pro eo, quod isti presbiter cum isto advocato suo concludio cum isto Andreas advocato de predicto monasterio ud parte Sancti Donati perdat. Sic ipsi suprascripti pleverit interrogati ad suprascripto Petrus diaconus dixserunt: Certe scimus de vinea illa, unde isto Alipertu presbiter et Altipertu advocato suo cum isto Andreas advocato de predicto monasterio intentjione inter se abunt, abere et possedere ad parte Sancti Salvatoris sito monte Ammiate tempore domni et bone memorie Caruli et Sabbatini abbati et tempore Ludovvici imperatori et Audualdi abbati; et isti presbitero ibi anno tempore incontra legem et per fortja introibi. Et cum taliter ante nos denegasserunt et professi fuissent, et suprascripti pleveris ad nobis pro iussione domni imperatori interrogati suum dixerunt testimonium, rectum nobis paruit esse lex et ita iudicavimus, et in re investire fecimus ipso Aliperto presbiter, una cum Altiperto advocato suo de ipsi petjoli de vinee per fuste de mano sua ipso Andreas ad parte de suprascripto monasterio, et insuper fecimus dare wadia de monetate ipsa, id sunt sexcentum solidos, componere ipsi Aliperto presbiter et Altipertu Andree ad parte de predicto monasterio, et renuntjavimus, ud abere suprascriptas vinea ad parte Domini Salvatoris sito monte Ammiate vel eius rectoris; et finita est inter eis causatjo. Unde qualiter inter eis altercante audivimus et nostrum decrevimus iudicio, pro futuris temporibus non revolbantur, et hanc notitja iudicati nostri parte vestre Audualdi abbati et de predicto monasterio emisimus, et Boni¹⁰ notarius scrivere ammonuemus, anno dominorum nostrorum Hludovvicus et Lotharius, filius eius, magni imperatori augusti, anno imperii eorum quinto decimo et nono, mense madio, per indictione sexta. Signu + manu suprascripto Ildiprando centinario, qui in is actis interfuit. + Ego Firmo interfui. Ego Barbencius¹¹ interfuit. Signu + manu suprascripto Pertari, qui interfuit. + Ego Ildipertu interfui.

¹ Su questo placito v. Bougard 1995, p. 167; Delumeau 1996, pp. 227; 247 e 248 e Heil 2013, pp. 199-205

² San Salvatore al Monte Amiata, Kurze 1989b, pp. 357-374; Ascheri – Kurze 1989 e più in generale Marrocchi 2014. Viene citato anche nella seguente documentazione giudiziaria: *ChLA*², LXI, n. 37 (novembre 822); *ChLA*², LXIII, n. 26 (luglio 886); CDA, n. 180 (903 ottobre 21); CDA, II, n. 215, (ante 988); CDA, II, n. 207 (luglio 991) e CDA, II, n. 207 (luglio 991).

² Bougard 1995, p. 351.

³ San Donato in Citigliano, detto anche d'Asso, in val d'Orcia, Repetti 1833, vol. I, pp. 162 e 740. Nei pressi di Montalcino (Siena), invece, per Tafi 1998, pp. 324-326. Delumeau 2001, p. 243, lo situa a Bibbianello, nelle vicinanze di Buonconvento. La chiesa viene citata anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); Manaresi, n. 53 (aprile 850) e *ChLA*², XC, n. 17 (marzo 881).

⁴ Sottoscrive nel verso della pergamena: *ego Petrus diaconus et misso domni Lamperto episcopus interfuit*.

⁵ Di *Lampertus* vescovo non si conoscono altre attestazioni. Sulla capacità di *iussione* pubblica si v. Delumeau 2001, p. 243.

⁶ Il suo nome fu scritto, da mano coeva, nel verso della pergamena insieme ai nomi di Tachipertu e Aricauso e al di sotto di quello di Pietro, messo del vescovo di Arezzo.

⁷ Il suo nome fu scritto, da mano coeva, nel verso della pergamena insieme ai nomi di Rechinaldu e Aricauso e al di sotto di quello di Pietro, messo del vescovo di Arezzo.

⁸ Kurze, CDA III/2, p. 244.

^a Si desidera.

^b Si desidera.

^c Si desidera.

⁹ Forse si tratta del *Cristofalus di Citiliano* che vendette beni all'abate di San Salvatore nel maggio dell'anno 828, *ChLA*², LXII, n. 11.

¹⁰ Boni, notario. Redige anche *ChLA*², LXII, nn. 7, 8, 9, 10, 13, 14 (827-830).

¹¹ Barbencius, sottoscrittore anche in *ChLA*², LXII, n. 8 (agosto 827).